

TRATADO SEGUNDO

De los beneficios eclesiásticos.

Aunque en esta obra se han tratado muchas cosas pertenecientes á los clérigos, y no pocas pertenecientes á los regulares, al concluir conviene tratar de los beneficios eclesiásticos, que principalmente hablan de los primeros, y después se tratará del estado religioso y de los privilegios de los regulares.

En cuanto á los beneficios eclesiásticos, no voy á tratar de ellos latamente, porque esto, además de exigir mucha extensión, pertenece propiamente á los canonistas: tomaré principalmente del Dr. San Ligorio lo que dice sobre los beneficios en general, lib. 4, desde el núm. 83 al 139 inclusive, advirtiendo lo que es propio de San Ligorio y lo que es de Busembau. Dice así:

DUBIUM PRIMUM

DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS

ARTICULUS PRIMUS

Quid et quotuplex sit beneficium ecclesiasticum.

3611. «Quid est beneficium? (1) Quotuplex est?

«Resp. 1.º Beneficium ecclesiasti-

(1) Se advierte que en todo este tratado lo entrecomado es de Busembau, y lo demás del Doctor San Ligorio: por esto se observa alguna diversidad y aun contrariedad en las doctrinas que aquí se expresan, porque San Ligorio moderó en parte y aun corrigió á Busembau.

cum est jus perpetuum percipiendi fructus ex bonis Ecclesiæ propter officium aliquod spirituale, auctoritate Ecclesiæ constitutum. Ita Laym., libro 4, tract. II, cap. 1; Les., lib. 2, cap. 35, dub. 1.

«Dicitur 1.º *ius perpetuum*, quia in beneficio duo jura a se mutuo separabilia distinguuntur: primum est jus seu potestas exercendi muneris spiritualis, estque simpliciter spirituale; alterum est jus percipiendi redditus ecclesiasticos, quod, etsi secundum se sit temporale, quatenus tamen fundatur in officio spirituali, eique annexum est, spiritualitatem aliquam participat.

«Dicitur 2.º *auctoritate Ecclesiæ*, etc., quia solius prælati est officia in Ecclesia instituere, eisque proventus ecclesiasticos annectere, ipsiusque est respicere quot et qualibus ministris Ecclesia egeat.

«Resp. 2.º Beneficium dividitur: 1.º in sæculare, quod pro sæcularibus, et regulare, quod pro regularibus est institutum. Unde sine dispensatione nec sæculare regulari, nec contra conferri potest. Porro omne beneficium præsumitur esse sæculare, nisi probetur esse regulare vel ex prima sui institutione, vel per possessionem pacificam 40 annorum, per eam enim ex sæculari fit regulare, et contra.

«2.º Beneficium aliud est duplex, aliud simplex. Duplex dicitur quod est cum administratione, ut Papatu, Episcopatu, et omnia quæ dicuntur dignitates, hoc est, quæ habent præ-

eminentiam cum jurisdictione in foro externo, ut præpositura, decanatus, archidiaconatus, abbatia, sive sæcularis, sive regularis, prioratus claustralis. Item personatus, qui est eminentia in Ecclesia sine jurisdictione, v. gr., locus honorificus in choro, in processionibus, suffragiis ferendis, ut cantoria et similes. Item beneficia quæ dicuntur officia, habentque administrationem rerum ecclesiasticarum sine jurisdictione, ut custos, thesaurarius, primicerius, archipresbyter. Denique duplicia dicuntur beneficia curata; hæc enim omnia duplici onere et cura constricta censentur, cum, præter recitationem precum omnibus communem, habeant aliquam administrationem et eminentiam. Simplicia dicuntur quæ tantum sunt instituta ad Officia divina obtinenda, neque administrationem vel eminentiam singularem habent; ut canonicatus, sive sæculares sive regulares, capellaniam. (Vide Laym., loc. cit., et Les., lib. 2, cap. 34, dub. 2.)

ARTICULUS II

Quomodo acquirantur et conferantur beneficia.

3612. Quibus modis acquirantur beneficia?

Quinam sint proprii collatores beneficiorum?

Quid et quotuplex sit jus patronatus?

Quomodo patronus teneatur præsentare?

An pendente lite currat tempus præsentationis?

Quid faciendum si multi præsententur?

An peccent non præsentantes digniores ad beneficia? Certum est de promoventibus ad cardinalatus et episcopatus.

Id certum est etiam de Episcopis non eligentibus digniores ad parochias.

Quid si electio fiat ad beneficia simplicia? usque ad 96.

An patroni non præsentantes digniores peccent graviter?

An ad idem teneantur resignantes? Verior sententia.

An eligendi digniores ad prælaturas regulares?

Vera sententia.

An electio digni, omisso digniori, sit valida?

Probabilior sententia.

An Episcopi digniores sint transferendi ad majores ecclesias? Et hic an translatio Episcoporum vetetur jure divino?

Quid si absit justa causa?

An eligentes minus dignum teneantur ad restitutionem? Et cui?

An sententia negativa sit probabilis?

An teneantur ad restitutionem id suadentes?

Quid si beneficium conferatur per concursum?

An eo casu minus dignus electus teneatur resarcire damnum ecclesiæ vel digniori?

An examinadores teneantur denunciare digniores?

«Resp. 1.º Beneficia ecclesiastica uno ex tribus modis communiter acquiruntur:

«1.º Per *electionem*, v. gr., canonicorum, vel etiam postulationem (quæ est electio ejus qui non erat de capitulo, vel de jure non erat capax), et confirmationem superioris, si electum vel postulatum idoneum esse intelligat.

«2.º Per *præsentationem* patroni præviam, et institutionem subsequutam a prælato Ecclesiæ factam, si præsentatus sit idoneus. Etsi vero patronus præsentato jus ad rem conferat, ita ut beneficium alteri conferri nequeat, jus tamen in re et collatio beneficii per institutionem datur.

«3.º Per *collationem* liberam, quando beneficium solo jure prælati